UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§.XXXIII. Antwort-Schreiben einiger Reichs-Fürsten an die Schwedischen Legatos: Von Marggraff Christian zu Brandenburg-Culmbach; Von Marggraff Albrecht zu Onoltzbach; Von Hertzog Eberhard zu ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-51787

Visual Library

1643. Sept. quoad perſonas, quam res & bona, omnimoda hac ſecuritate & libertate inviolabiliter fruantur: Verbo Imperatorio Regioque promittentes, hoc Salvo Conductu Generali, ſingulos eorum æque tuto ac ſecure fruituros, ac ſi nominatim hic inſerti & expreſſi eſſent. Quæ quidem ſecuritas, ut eo commodius ad unumquemque perveniat, parem authoritatem tranſumptis hinc apographis, quæ autographo huic ipſi debetur, tribuimus, ex abundantia inſuper daturi Noſtris ad dictum Tractatum conſtitutis, aut conſtituendis Commiſſariis plenam poteſtatem, ut, ſi ita poſtulatum fuerit, nomine Noſtro ſingulis eorum ſingulos ejusmodi Salvos Conductus in optima formâ dent ac diſtribuant: In quorum fidem præſentes manu Noſtra ſubſcriptas, Sigillo Noſtro Imperatorio firmari juſſimus. Quæ dabantur in Civitate Noſtra Viennæ. Die vigeſima octava Menſis Januarii Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo; Regnorum Noſtrorum, Romani ſexto, Hungarici decimo ſeptimo, Bohemici vero decimo quinto. 1643. Sept.

FERDINANDUS.

(L.S.)

Vt. Ferdinandus Comes Curtius.

Ad Mandatum Sacræ Cæſ. Majeſtatis proprium

Joann. Walderode.

Præſentem Copiam cum ſuo vero ſubſcripto & ſigillato Originali de verbo ad verbum concordare; Atteſtamur Nos Conſules & Senatus Civitatis Oſnabrugenſis hac Sigilli noſtri appoſitione, ut & Secretarii noſtri ſubſcriptione, Actum Oſnabrugæ die $\frac{13}{23}$ Menſis Novembris anni milleſimi ſexcenteſimi quadrageſimi tertii.

(L.S.) Johann von Eſſen,
Secretarius & Not. in fidem.

§. XXXIII.

Antwort-Schreiben einiger Reichs-Fürſten an die Schwediſchen Legatos. Die auf ſolche Schwediſche Einladungs-Schreiben, erfolgte Antworten einiger Reichs-Fürſten, waren folgenden Innhalts: Und zwar von Marg-Graff Chriſtian zu Brandenburg-Culmbach:

Vir Illuſtris, nec non Nobilis, amici Nobis perquam dilecti.

Von Marg-Graff Chriſtian zu Brandenburg-Culmbach. Literas Veſtras Mindæ die XIV. præteriti Novembr. ad Nos datas, indices commorationis & propoſiti Veſtri, munitasque Imperatoriis & Veſtris Salvis Conductibus d. XIV. hujus Menſis recte accepimus, mentemque Veſtram de Pacis tractatione deinceps rite inchoanda, perfecteque abſolvenda intelleximus. Quod verum omnium primum eſt, à Deo largitore unico omnis boni, precamur, ut ab hoc ſaluberrimo negotio faceſſant omnes moræ & impedimenta: Conſilia vero ab aliquot jam annis concepta & jam adulta, tandem maturescant ad percipiendos exoptatiſſimos Pacis fructus, quibus recreari & refocillari poſſint omnes, quos Bellonæ furor & inclementia ſuperſtites reliquit, & tantum non exanimavit. Nos quod noſtrarum erit partium, vel erga Status Circuli hujus Franconici, vel in promovendo omni eo, quod ad Pacis & concordiæ reſtaurationem confirmationemque inſervire poterit, nihil reliquum in nobis eſſe, vel deſiderari, patiemur. Quæ antehac obſervantia Imperii circa admiſſionem Statuum ad ejuscemodi Tractatus fuerit, ob oculos eſt, & in notitia verſatur plerorumque, Receſſus etiam Imperiales loquuntur. Minimeque putamus,

aliter

1643. Sept. aliter jam obſervatum iri, quin potius ex priori formula Pacis, quam Pragenſem vocant, aliam opinionem concepimus, nimirum fore, ut communi conſenſu & approbatione omnium Statuum agatur. An vero tamdiu etiam in inchoatione Tractatuum ſubſiſtendum & hærendum ſit, quousque omnes Ordines Imperii convenerint, de eo amplius cogitandi materia ſubeſt. Nosque maluimus diem docere ſupradicti Circuli hujus, commune ad Pacis & tranquillitatis Univerſalis ſtudium, quoad miſſionem tendens concluſum, quam ut ejus indicium præcurrat Superiorum actiones, de quibus non niſi optima quæque ſperamus & præſumimus. Vobis Dnis. Legatis, exeunte hoc veteri & ſubſequenti anno, ſulutaria pacificaque conſilia, eorundemque proſperrimum ſucceſſum omnimodamque felicitatem precamur. Scr. Baruthi, d. 18. Menſ. Decembr. Anno Sal. recup. 1643. 1643. Sept.

Dei Gratia, CHRISTIANUS &c.

Illuſtris & Nobilis Dominationum Veſtrarum
amicus officioſus & benevolus,

Chriſtianus M.

Von Marg-graff Albrecht zu Onoltzbach.

Von Marg-Graff Albrecht zu Brandenburg Onoltzbach lautete das Antwort-Schreiben an die Schwediſche Geſandten, alſo:

Salutem cum ſtudiis & benevolentia, Viri, Illuſtris & Nobilis, perquam dilecti!

Quas ad Nos die XIV. Menſis Novembris proxime elapſi, Mindæ dediſtis literas, recte accepimus, ex eorumque tenore intelleximus, vos, poſt hactenus expectatos Congreſſus Pacis, tandem, accepta ſecuriori fama plures Legatos partim in itinere, partim in procinctu eſſe, eundi ad loca Conventui deſtinata, conſtituiſſe & ipſos Oſnabrugam movere: Nobis vero, quæ à Sua Cæſarea Majeſtate, Domino Noſtro Clementiſſimo, obtinueritis ſecuritatis Diplomata, una cum Veſtris eum in finem mittere voluiſſe, ut non modo Ipſimet per Noſtros compareamus, ſed & cœteros Circuli Noſtratis Franconici Conſortes ad idem exhortemur. E quibus omnibus, uti enixam inclinationem Veſtram, ad promovendum iſthoc tam ſalutare, totque anhelantium Chriſtianorum ſuſpiriis anxie deſideratum Pacis negotium luculenter ſatis eluceſcentem deprehendimus: Ita pro conteſtatione ejusdem adeo liberali, nec non pro reliqua communicatione, eas, quas par eſt, agimus gratias.

Et meminimus, accepiſſe ante hos ſex Menſes, ab Illuſtriſſimo Principe Domino CHRISTIANO, Marchione Brandenburgico, Pruſſiæ, &c. Duce, Patruo, Compatreque Noſtro, Parentis inſtar Honoratiſſimo, apographum epiſtolæ die vigeſimo Aprilis Hamburgo emiſſæ, qua & dies dicto tractatui Pacis expreſſus, & ſubmittendorum ſecuritatis Diplomatum ſpes facta. Unde nulli dubitamus, quin Dilectio Sua, utpote cui & ipſi propoſitum hoc veſtrum ſane quam laudabile, vel jam intimatum eſſe, vel propediem intimatum iri, pro certo præſupponimus, non ſolum cum reliquis Circuli hujus Principibus & Statibus, ratione officii, quod gerit publici, ſed & Nobiscum, pro ſingulari, quo invicem conjuncti ſumus, agnationis & neceſſitudinis vinculo, conſilia de materia iſthâc ardua communicatura, & quam primum de initio Tractatuum faciendo, certum habebimus nuncium, præfatus Circulus, omnes ejus Principes & Status, quæ ſuarum quisque viderit eſſe partium, quæque rei neceſſitas, & competens more majorum Jus Suffragii in dictis Tractatibus liberi flagitare videbitur, ſollicite

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1643. Sept. cite & tempeſtive curaturi, ſtudiaque ſua pro Pace tranquillitateque publica abunde teſtaturi ſint. 1643. Sept.

Quæ ut proſpere undiquaque ſuccedant, & reſtituta Orbi Chriſtiano Pace, exoptatiſſime omnia, poſt tot exantlatas diri Martis calamitates, ad priſtinum nitorem refloreſcere incipiant, DEUM, ſupremum illum rerum Paciſque ac Belli arbitrum devote veneramur. Vos autem, Domini Legati, amici nobis perquam dilecti, occaſioni huic, conſecrandi nomina veſtra immortalitati, minime, quod confidimus, decededis: quibus cum voto omnigenæ proſperitatis feliciſque appetentis novi anni auſpicii, noſtra ſemper conſtabunt ſtudia, benevolentiaque. Dabantur Onoldi die XIIXvo menſis Decembris, anno vergente 1643.

ALBERTUS

Dei gratia Marchio Brandenburgenſis &c.

Von Hertzog Eberhard zu Würtemberg.

Von Hertzog Eberhard zu Würtemberg war die Antwort alſo abgefaſſet:

Illuſtris, nec non Nobilis Vir, Amici Nobis perquam dilecti.

Literas Veſtras datas Mindæ die decima quarta proxime præterlapſi Menſis Novembris, recte accepimus, & ex iis ſingulari cum gaudio intelleximus, quo ſtudio, conatu atque deſiderio, Regia Svecica Dignitas in id enixe incumbat, quo univerſim parique paſſu, interna Pax cum externâ, juſta, decora, obtineatur, libertatiſque Imperii pulcherrima harmonia atque compages priſtinæ integritatis firmitudini & conſtantiæ reſtituatur, in eumque finem Vos, ut Regiæ Suæ Dignitatis ad id deputatos Legatos, ne ulla in vobis protractæ Pacis culpa reperiatur, Oſnabrugum movere conſtituiſſe, ſimulque cupere, ut & Nos noſtros eo mittere, nec non & cæteros Circuli hujus Conſortes ad idem faciendum exhortari velimus. Nos, qui non dubitamus, eundem, non tam Sacratiſſimam Cæſaream Majeſtatem, Dominum Noſtrum clementiſſimum, quam reliquos Imperii Ordines atque Status animum habere, DEUM largitorem omnis boni, enixis atque ardentibus precibus rogamus, ut hanc tam pacificam intentionem ad divini ſui nominis gloriam, Romani Imperii priſtinum decus, florem atque gloriam, atque cum vicinis exteris Coronis concordiam atque amicitiam, totque millium atque myriadum, per innumerabiles tam diuturni funeſti & plus quam truculentiſſimi belli calamitates, ferme exanimatorum hominum ſalutem dirigere, ipſeque, ut auctor Pacis, Tractatibus in eum finem inſtitutis, divina ſua gratia intereſſe, eosque ad exoptatiſſimum deſideratiſſimumque exitum perducere velit.

Cætera quod attinet, ſicuti dictæ Regiæ Dignitati pro tam benevola ad eos Tractatus invitatione, ſimulque per tranſmiſſos Salvos Conductus facta majori ſecuritate, gratias agimus condignas atque debitas; ita etiam in id invigilabimus ſedulo, ut à Noſtra parte nihil quicquam, quod ad promovendum tam gratiſſimum atque deſideratiſſimum Pacis opus pertinere, & à nobis quocunque modo proficiſci poterit, deſiderari queat.

Interim Vobis Dominis Legatis Ampliſſimis, elabente hoc veteri, & ineunte novo anno à Deo ſalutaria Pacis conſilia, eorundemque exoptatiſſimum atque feliciſſimum ſucceſſum, omnemque proſperitatem ex animo precamur. Dat. Stuttgardiæ d. XXII. Decembris Anno reparatæ ſalutis MDC XLIII.

DEI gratia EBERHARDUS &c.

Illuſtris & Nobil. Dominat. Veſtarum.

Amicus officioſus & benevolus

EBERHARDUS.

Illuſtri

1643. Sept. *Illuſtri nec non Nobili Dno JOANNI OXENSTIERNA AXELSOHN, Baroni in Rymitho, Dno in Fyholm & Tydeen, & Dno JOHANNI ADLER SALVIO, Regiæ Mtis. & Regnorum Sveciæ Conſiliariis ſecretis & reſp. Cancellario Regni ac Aulico, & in Germania Legatis, amicis noſtris perquam dilectis &c.* 1643. Sept.

§. XXXIV.

Urſachen, weswegen die Reichs-Stände, den Friedens-Congreſs nicht ſofort beſchicket haben.

Es verzogen alſo die Stände gar nicht, aus Sorgloſigkeit vor das gemeine Beſte, ihre Geſandten nach den Friedens-Congreſs abzuſchicken, ſondern Sie nahmen ſolches zu thun nur daher einen Anſtand, weil, von Käyſerl. Seite Ihnen das Jus Suffragii, bey denen Friedens-Tractaten nicht wolte zugeſtanden werden, immaſſen, wie aus folgenden erhellen wird, viele Bemühungen angewandt worden, die Status zu intimidiren, daß ſie den Congreſs nicht beſchicken möchten: Welcher Vorgang die mehreſten derſelben, in groſes Mißtrauen geſetzet, worinnen ſie noch weiter geſtärcket worden, als die Käyſerliche Majeſtät auf dem Deputations-Tag zu Franckfurt, eine groſze Contribution, von 100. Römer Monathen, erforderten, und dieſe Materie, mit aller Macht daſelbſt treiben lieſſen: dahingegen von Seiten derer Stände davor gehalten wurde, daß dieſe Materia Contributionum, gar nicht auf einen Deputations-Tag gehörte, weniger von denen deputirten Statibus, denen übrigen darunter præjudiciret werden könnte: Wie in dem, von Marggraff **Chriſtian zu Brandenburg**, an Biſchoff **Melchior Otto zu Bamberg** ſub 28ten Decemb. 1643. erlaßenen Schreiben, folgender maßen, wohl ausgeführt iſt:

Die von der Käyſerlichen Majeſtät auf dem Deputations-Convent, geforderte Contribution à 100. Römer Monathe, macht denen Statibus viel Nachdencken.

Rationes, weßwegen die Materia Contributionum auf keinen Reichs-Deputations-Tag gehöre.

Nun befinden Wir gleichwohl ſint der Zeit und dem Urſprung der Deputations-Tage, vielmehr das Contrarium; Denn obwohl Anno 1564. die uff damahligen Deputations-Tag, erſchienene Chur-Fürſten, Fürſten und Stände, an die **Käyſerliche Majeſtät** allerunterthänigſt begehret haben, bey damahligen übeln und gefährlichen Zuſtande, zu beßerer Sicherheit der Stände, und Erhaltung des Land-Friedens, 1500. gerüſtete Pferde, uff gemeine derer Chur-Fürſten und Stände Unkoſten, uf 3. Monath lang, in Wart-Geldt zu nehmen, und darzu ein Monath einfacher Römer-Zug vorgeſchlagen; So ſind doch die damahlige Geſandten dergeſtalt behutſamb und vorſichtig gegangen, und haben die Chur-Fürſten und Stände daran eigentlich nicht binden wollen, ſondern es dahin, und in keinen Zweiffel geſtellet, es würden alle und jede Stände des Reichs (wie die Formalia lauten) nicht allein damit zufrieden ſeyn, ſondern auch ein jeder ſein Antheil an berührten Wart-Geld-Beſoldung, gegen gebührender Rechnung unweigerlich entrichten, ſich von Ihrer **Käyſerlichen Majeſtät**, Chur-Fürſten, Fürſten und Stände nicht abſondern, ſondern vielmehr zu allerunterthänigſtem Gehorſamb, freundlicher und unterthäniger Willfahrung an Ihnen nichts erwinden laſſen. Da auch Anno 1567. zu denen zu Regenſpurg, bey dem Reichs-Tag verwilligten vier Monathen, uff dem zu Erffurt gehaltenenen Convent, noch ſechs Monath zugeſchoſſen und verwilliget worden; Sind allda beyſammen geweſen, aller des Heiligen Reichs Cräyſze, auch eines jeden Churfürſten, Fürſten und Stand, deme es beliebet zu ſchicken, Abgeordnete und Geſandte, in guter anſehnlicher Stattlichkeit, wie die Worte der **Röm. Käyſerl. Majeſtät**, und des Heiligen Reichs Cräyſze verordneter Abſchied, im Anfang § **Demnach ſind auf ſolchen Reichs-Verſammlungs-Tag** ꝛc. es klar geben. In welchen dann des Heiligen Reichs Chur-Fürſten, Fürſten und Ständen nichts præjudiciret, ſondern vielmehr ihre Freyheiten und Gerechtigkeiten confirmiret und beſtättiget worden. Auſſer dieſen wird man bey Deputations-Tägen, daß jemahls die Stände mit Contribution beläſtiget, oder die Deputirte hierinnen verhandelt oder geſchloſſen, verhoffentlich nicht finden. Geſetzt aber, daß vor dieſem dergleichen geſchehen wäre; So haben doch Ihro **Käyſerl. Majeſtät** bey jüngſtem Regenſpurgiſchen Reichs-Tag, mit Chur-Fürſten, Fürſten und Ständen des Reichs, und dieſe mit Ihro **Käyſerl. Majeſtät** ſich expreſſe dahin verglichen, daß auf dem damahls veranlaßten, und anjetzo inſtehenden Deputations-Tag, ſonderlich in *Religions - Contributions-*